

ECCLESIAE DECIMIQUARTI SÆCULI

HISTORICA SYNOPSIS.

I. Niit Sæculum decimum quartum existente Summo Pontifice Bonifacio ejus nomine octavo, Imperatore Alberto Austriaco, Francisque regnante Philippo quarto, cui Pulchri ob oris & corporis venustatem indutum cognomen. Sub Imperio Alberti nova Helvetiorum Respublica sumpsit exordium. Iti quippe ab Imperatoris ministris vexatae se in libertatem vindicarunt, quam hodie re-sentent.

2. Philippus Pulcher Anglos levibus aliquot præliis initio Principatus fuderat; sed progrederi difficultate, prior illa felicitas quasi aliquo turbine excussa est. Vito Flandria Comes Imperatoris Adulphi Naflavii, & Anglonum Regis Eduardi primi fretus opibus, Franco bellum movit. Sed dilapsus a societate belli tantus Principibus sero suum agnoverit errorem; nam spoliatus omnibus, potentioris arma timenda, pacemque colendam esse dicit. Ac ilium quidem detente pro obide a Francie Rege Philippo Pulchro filia, quam Eduardi Angliae Regis filio uxorem definaverat, dolor armavit. Hanc vero ubi ex mortore animique agitidine sublatam audiit; tum societate iterum inita cum Anglis, a Philippo Rege aperte deservit. Francus cum numero exercitu Belgicam ingressus, in Atrebatum subiugos Caroli Valesii Duce Flandros levi prælio tamquam atrocioris pugaz præludio fregit, armisque progressus Flandram subinde omnem subegit, Comitemque a suis deferrunt, captum cum duobus liberis Roberto & Vidone Lutetiam Parisorum abduxit. Rex magnifice a Flandris suscepit eum. Verum plebs animo confusum mutato concitat, quod severius se habitan ab optimis. Francis existimat, adeo nullum est Imperium futurum ac diuturnum, nisi benevolentia munimur ut, armis ducibusque auxiliis Petro Lusco textore, & Brianio lanagine, apud Brugas Jacobo Comiti Fani Paulini Regio Prætori vim meditabantur. Cedes Francorum ingens edita: Curracum Francorum ejecto præsidio captum; casis insigni clade nostris. Ea res Regem movit, ut bellum in rebelles Roberto Regie stirpis Principi demandaret. Is sexaginta armatorum nulla in hostes eduxit. Fefellit Francos loci iniquitas; exduntrant a Flandris, qui victoria ista feroces spes altiores concepient; cum Rex ingentibus copiis succinctus opportune accursus, secundum Legiam amem uno alteroque ad Aduamoropolon confictu feroces ita cecidit, ut Curtracensis pugna infamia plane deleretur. Cæsa sunt prælio trintigia sex Flandrorum millia. Tandemque poscentibus data est venia:

3. Bonifacius omnia bellorum fomenta inter Franciam & Angliæ Reges extingui cupiens, ut daretur opportunitas ad facrum adversus Saracenos inflaurandum bellum, quod persepe ingenti animalium ardore suscepimus, Deo Christianorum peccata castigante, tristes ac infusabiles haberent exitus. Totius expeditionis ducem designarat Carolum Valesium Philippi Pulchi fratrem strenuum Principem & moderatum, quem post multa in Flandris præclare gesta, frater ejus Philippus amulatio fraterna gloria ab illa expeditione revocarat, admodum inopportuno tempore, consilio Enguerrani Migniani Regii Quæstoris, id unum sibi animo propensis, ut unus Regis praefectus voluntati, & ab Rege præcūs amoliret eos quicunque sibi non essent addicti. Ideoq; cum Flandri virtutem reveriti Valesii sub ejus ductu placide conqueſterent, Enguerranus copiosus ex Belgio quæstus per insatiablem avaritiam lucrari intendens, hunc praefectus consentiente Rege amovit, & truculentum ac insatiablem virum illius vice subrogari curavit Jacobum Castillionum, cuius rapacitatem exerata gens Belgica in novas rebelliones erupit. Tum Bonifacius Pontifex Carolum in Italiam acciūtum ad componendas plebium seditiones, quibus tota exarcebat, excivit; intendens praetextum in eum transferre Gracorum Imperium uxori jure; duxerat enim Catharinam Balduni filiam, quem Constantinopoli-Palaogulos ejecerat. Bonifacius ut viam expedita a se expeditioni muniret, Carolum Claudium Neapolitanum Regem ad Philippum adjuncto Sabaudia Comite misserat, qui in biennium inducas vix obtinuerunt, ea etiam lege ut eo interstitio Rex Flandricas urbes obtineret. Ceterum ut res male facta infelicius coalescunt: eadem Marigniani vi tyrannica, qua Flandros ad bellum concitarat, Francos quoque ad seditiones frequentes impellebat prætextu, ut vocabant, *Malatolæ*. Tem-

pus præterea inducarum brevius Pontifici videbatur, quam ut res tanti momenti peragi possent. Bonifacius inconsulto Rege novum in Gallia Apamensem erigit Episcopatum, primasque ejus infusas tradit cuidam Bernardo, atque ut acrius Regem pungenter, ei mandat per eundem, ut omnibus prætermis ad bellum factum se conferat, veterat indicias decimas ad alium usum convertere, ipiusque Regem a Pontifice deponendum communatur, nisi statim obtemperet. Rex indignatus in hominis impudentiam Narbonensi Archipiscopo in custodiā tradit. Id postquam recedit Pontifex, novas ad Regem epistolas aperimus scribit, quibus testatur, ob ejus contumaciam Francie regnum jam esse devolutum ad Apostolicam Seden. Ex littera Jacobo Normando Archidiacono Narbonensi tradita eidemque legenti erupta sunt, & ab Artesio spectante Rege in ignem conjecta. Attamen solitus est Apamensis Episcopus, & unicum Jacobo Archidiacono Iustus a Regno procul facere. Tum vero supervenit perditissima illa Sacra Columnensis & Nogarensi Franci equitis conjuratio, qui collatis exiguis viribus conductitiorum paucorum militum quos uterque collegerat, audax & damnabile facinus aggressi sunt in Summum Pontificem, quem captivum apud Agnani fecerunt: nec tamen captum in potestate diu habuerunt: brevi namque dissipata illa collectitia manu, plebs ipsa que sui officii erant præficiunt, & Pontifici debita restituit libertatem. Quem tamen ardens dolor & iracundia eorum, que sibi usque adeo indigne obigerant, paucis diebus ex hac vita subtraxit. Vir erat iuriū conflitissimus, semel concepti propositi tenacissimus, adeo ut nulla inde ratione dimoveri aut infici posset. Nihil nisi grande animo proponebat, magnificoq; rerum successus de ingenii præstantia sibi pollicebatur, nihil in eo exile, nihil mediocre inerat, grandes virtutes, grandia pariter vitia; quibus illæ offuscabantur, ambitio & iracundia. Interiit Bonifacius Roma, mense Octobri ann. 1304, ut scribunt Joann. Villanus, Bernardus, Guido, & alii.

4. In locum Bonifaci succedit Benedictus est XI. ex Ordine Dominicano, vir apprime doctus & pius, qui pacem cum Philippo & Francia instauravit. Benedicto Clemens V. patria Lemovix ex Archiepiscopo Burdigalensi subrogatus anno 1305, hic tumultuum Italorum pertulit, tota Italia factionibus Alborum & Nigrorum dissisa, sedem Pontificiam Romana ex urbe Avenionem transtulit, ubi anni hæc amplius septuaginta. Tres vero Legatos Cardinales Romanam misit, qui res Italiam administrarent. Hujus vero sæculi anno septimo generale Concilium Vienna in Allobrogibus habuit, cujus decreto Equites Templarii atrocium scelerum damnati sunt, deque illis a Philippo Rege sumptum supplicium, eorumque amplissimæ opes partim hóspitalitatis Militibus adjudicata, partim in fiscum relata.

5. Rodulphus qui ex Comite Harpurgensi virtutum meritis fuerat in Imperium proœctus, successor datum est Adulphus Nassovio, qui ob signitum despctus locum dedit Alberto Austriaco, Rodulphi Imperatoris filium ab iisdem Comitiis electo, a quibus Adulphum redactus in ordinem fuit: educito nihilo minus ut suam tueretur dignitatem exercitu, in acie pugnans cæsus est. Post Albertum habendas Imperii rexit Henricus Lutemburgensis Dux, qui compotis in Germania rebus in Italiano proficiens horante Clemente Papa, ut discordes inter se populos ad pacem, & invasores jurium a terraram Ecclesiæ armis ad restitutionem adiget. Henricus qui dudum Aquisgranii coronam sumperat argenteam, Mediolani ferream accepit. Bellique longe stolidior quam pacis Italianam expilavit, & ingentibus cladibus afficit, & vicissim a populis, quos infestus persequebatur, accepit, prefertim a Brixiensibus, & Florentinis, quos Robertus Neapolitanus Rex aucte aduersus Heinricum oppugnatorem tubatur. Quapropter Henricus iracundia fremens Robertum, quem vi bellicula non poterat, sententia in eum dicta avito regno exauctorare. quanvis ipse progenitoreque iphus jus regni non ab Imperatore, sed a summo Pontifice suscepisset. Et Clemente quidem Pontifex Heinricum officii sui, & quanvis dederat fidei coarguit infraactorem: qui cum promisisset factiones, quibus foede lacerabatur Italia, componere, fautorum unius se exhiberet scilicet Guelforum, ut in oppositam, qua Gibellinorum dicebatur, omni immunitate defaveret. Neque vero ea nomina designabant sicut olim partes Pontificias aut Imperatorias: sed alias citatum ad invicem dissensiones, quas ferro flammisque

inter

Historica Synopsis.

inter se mutuo decernebant. Henricus postquam Aemilia seu Longobardia atque Etruria populos infestis armis & immanibus pecuniarum exactiōibus opprescit, ingressus Romanam coronam Imperii auream de manu Legati Apostolici solenni ritu accepit, Pontifice maximo Averione nunc degente. Inde regressus ad pristinas hostilitates prosequendas, five solius Dei ultione, five ut creditum fuit, accepta de manu Dominicani Sacerdotis illita veneno hostia, vita exiit. Sed istud minus est probabile. Jam enim naturali agritudine laborabat Henricus, antequam Sacramentum sumeret, ut constat ex relatione continuatoriis historiæ Ptolomei Lucensis, qui tune prope aderat: neque ullatenus veneni meminit Joannes Villanus Florentinus, qui eodem vixit tempore, neque Albertinus Mussatus Patavinus, tunc pariter vivens, diligentissimus rerum hujus Henrici VII. scriptor. Henricus morte occubuit in agro Senensi mente Augusto anni 1313. Haud dissimili modo Subdiaconum quendam Vicitoris secundi Papæ Romani vita infidulam fuisse proditur, infuso in sacrum Calicem venenato vino, cumque peracta confectione Pontifex esset Calicem ori admotus, evidenti miraculo Deum haustum prohibuisse, & Subdiaconum repente a demone corruptum proprium scelus aperuisse, ut referunt historici eorum temporum Lambertus Schafnaburgensis, & Abbas Uspergenis.

6. Est ut Medici obstupescant, qua vi quantaque celeritate, morbida corpora per contagium vel afflatum in popularibus, quos vocant, morbis, similes morbos aliis corporibus inferant, ut vel unus ager sufficiat ad inficiendam pestilentiam regionem vel amplissimam. Attamen major subest mirandi causa in animalium morbis, quanam lue seu contagio animalium vita, quales sunt herzes in intellectu, & perversi affectus in voluntate, sic quasi per incendium invadere populos valente, ut nullo fere humano remedio siti possit publici malum augmentum & propagatio: adeo ut vel unus feceratus amplissima pervertere regna sufficiat, ut in Ario, in Nestorio, in Eutychete, in Mahomete docet deplorabilis plurim scelerorum experientia. Sic quoque astimandum de factionibus, quibus facculo isto, quod prosequimur, tota misericorde lacerabatur Italia Alborum & Nigrorum. Ita pessis coepit apud Pistorium Tufcia civitatem in familia Cancellariorum, ut prodit Villanus lib. 8. cap. 37. Quidam nomine Cancellerius Pistoriensis civilis, coacervatis ex mercatura multis divitis, plures etiam ex duabus uxoribus suscepit filios inter se remulos, a quibus numerosa proles edita est, hostiliter invicem affecta tum circa bonorum divisiones, tum circa Magistraturam ambitum, ita ut pauci sine mutuus cabibus dies transfigerentur: & quod idem omnium erat digitabant. Res primum private in publicas degenerant, alii se his adjungentibus famulis, omnia per vim, & pugnas, & cedes, privatim & publice gererant. Nec non solo Pistorio contineri malum potuit, inde enim Florentiam, Pisam, Lucam, malum se propagavit, nec sola Tufcia circumscriptum est, sed universa se Italia diffudit, ut scelusa justitia omnia per seditiones, rapinas & cedes & privationes & publice gererantur. Pistoriensis civitas id quasi fatele habuit: Etenim jam antea universa Italia funesta factiones Gibellinorum & Guelforum suum primum intra id oppidum habuerant exordium.

7. Post Henrici mortem, discordantibus Electoribus longum intercessit interregnum: hinc eorum aliquibus Friderico suffragantibus Duci Austriae, Alberti quondam Germanorum Regis filio natu maiori cognomento Pollio; alii vero Ludovicum Bavarie Ducem ad Imperium vocantibus. Et disensio Germanianum atrocem bello distinxit. Post multa demum Prælia, Fridericus acie victus & captus, infortunio suo Ludovicum ad Imperium culmen post novem interregni annos proxevit. Parique dissensio Cardinalium Apostolica fedes per duos annos, & aliquot mensis magno Christiane Republica danno & scandalo vacavit. Obiit enim Clemens V. duodecim Calendas Majas anno 1314. & anno denum 1316. Jacobus de Osca Cardinalis Episcopus Portuensis sumpto Joannis nomine XXII. septimo Idus Augusti Summus Pontifex est renunciatus Lugduni apud Fratres Prædicatorum, penes quos Philippus Comes Piastianus accitos ad se Cardinales specie cuiusdam consultationis incertos concluserat, ex arcario consilio, cum fratre Ludovicus ejus nominis decimo cognominato Hutino, Francie Rege incho: tametsi Cardinalibus pollicitus liberam dimissionem fuisse, conclusos vero nec minus tamen discordes ad officium, ciborum subractione, aedagit.

8. Occasione dissidii inter Clementem & Ludovicum Barvarum exorti, tota Italia immensis est agitata procellis. Ludovicus inconsulto Pontifice sibi titulum Im-

perioris cane e accivit. Pontifex eundem contumacem Imperii & communione fideliū exclusit: at Bavarii resumpsi Henricianorum & Fridericianorum præficiationibus, Gibellinas veteres refusavit, Mattheum Mediolanensi civitati, Canem Scaligerum Verone, Palermonum Mantua, Etsensem Marchionem Ferrarie, aliosque alii civitatis prefecit. Robertus vero Apulia Rex Pontificis causam suis armis & prudentia fulcierat, quæ tamen obsidere non valuerat, quo minus Ferraria Pontifici rebellis, exciso præsidio Roberti Apulia Regis, Marchionibus Etsensibus se submisserat. Adversus istos perduellium duces, qui se Imperii Vicarios denominabant, Constitutionem Joannes edidit anno 1317. Robertum vero Imperii Vicarium per omnem Italiam excepta Genuensi ditione constituit. Edicens excommunicationis penam tum Vicaris usurpatibus, tum personis que illis obdident, simulque terris ac locis ipsi interdictum irrogavit: declarans id, quod utique verum erat, vacante Imperio curam illius & sollicitudinem ministeriumque Romanae Sedi competere. Condiditque Ludovico Bavaro & Friderico Austriaco certam diem ad producenda jura sua coram Apostolica Sede. **9.** Genuenses in fide persistantes Joannis, Autiarium & Spinularum familias Gibellinae factionis urbe sua exegerunt, eorumque ades ditipuerunt. Verum ex adverso Matthæus Mediolanensis Vicecomes ab exilibus follicitatus, per Marcum filium suum virum acrem & bello strenuum Genau magnis viribus obfedit. Flisci vero & Grimaldi principi Genuensium duces & processores Urbe Roberto Regi certis conditionibus dediderunt: qui accurrens ad suppeditas, oblationem solvere Mediolanenses coegerit, que fere per quinquennium terra marique variis eventibus perduraverat; Andronico etiam Gracorum Imperatore quæcumque poterat opes obdidentibus in odium Romani Pontificis & Roberti Regis subministrante. Hac Joannes Villanus & Cörius, fideles illorum temporum historiae scriptores prodiderant.

10. Regum porro Apulia res, ut præsens historiæ diagnosticatur, altiori ab origine repetenda sunt. Carolo secundo, cui Claudi cognomen fuit, Caroli Andegavensis filio, multi ex matrimonio natu fuerunt filii, in quibus fuit Carolus dictus Martellus, qui jure matris suæ Maria Hungaria, vivente Carolo Claudio patre, creatus Rex fuerat Hungaria. Et huic natu posterior erat Robertus. Porro Martellus vivo Claudio Patre Apulia Rege in Hungaria mortem obiit, filio relicto Hungarici Regni successore Caroberto. Huic post obitum avi Apulia Regis scilicet Carolo Claudio Regni Apulia successio jure paternæ representationis debet videbatur: sed tamen Robertus ipsius patruus, quem Regni Apulia, simulque Provincia, que est in Gallia, hæredem testamento dixerat, titulo proximitatis id regnum obtinuit tamquam defuncti Claudi filius, cum longius a Claudio distaret ejusdem nepos Carobertus: sed ad jus hæreditatis accessit præterea voluntas Clementis Papæ V. qui Robertum & prudentia & fortitudine animi bellique perfita multo insigniorum, accepto fidei & clientelæ Sacramento, (istud quippe Regnum supremo jure Apostolice Sedi subiiciebatur) Aventione magna celebriter coronavit. Cujus sententiam celebrissimi illius avi Jurisconsulti approbaverunt, (ut ex utriusque scriptis liquet) Bartolus & Baldus.

11. Roberto Regi unica supererat nepis nomine Joannes ex unico ejus filio, qui ordine naturæ turbato, dum vivebat pater, ex hac luce subtrahitus fuerat, ingentis spei ac meriti adolescentibus denominatus Carolus Calabritus Dux, qui Florentinorum rempublicam periculosis tempestibus maxima virtutum commendatione ciuiumque benevolentia rexerat. Providerat Robertus tanto orbatus ut, Joanna nepis Andrea Hungaro Caroberti filio nuberet: que tamen nuptiæ luctuosos habuere fuscus, adeo fatale videbatur, ut sub omni Andegavensi progenie, huic Siculi Regi corona continua in fortuna quasi gemmeis & adamantis clavis affixa esset. Dispar omnino erat conjugum itorum indoles, Andreus enim erat ingenio stupidus, prave educatus, planeque incivilis; Joanna ex adverso annorum tunc undeviginti, ingeniosa, venusta, & affabilitate gratiosa, omnium ad se amorem alliciebat. Contigit anno 1345. ut nocte concubia improviso a conjuratis prætextu sedatae ciuorum quorundam exorta commonitionis, ex Joanna latere evocatus Andreas abductusque ad aule podium, ab iisdem nefarie laqueo fit extinctus; ac cubicularia quedam strepiti excita conjuratos caderat vel clam in horro sepelire parantes clamorahs, in fumam vertit. Joanna vero comperto facinore post mulieres ejulatus, universis regni Proceribus, coram ac per litteras, Clementi sexto Pontifici, & Ludovicō Hungariz Regi fratri Andrea, reliquaque Christianis Principibus